cialissimā. siue speciez simplr. Cōtra ois
differentia cōducit ad esse. s3 mortale nō cō-
ducit ad esse. imo magis vltimabit. Respon-
deo fm duas cōclusiones. Prima cōclu-
sio est ista. Aial rōnale nō est genus. probo
omne genus predicat in qd de pluribz dif-
ferentibus spē 7 numero. s3 aial rōnale nō
est huiusmōi g. minor p3. qz cum itel ligētie
nō sunt sbe aiate s3iles nō erūt aialia p locuz
a diffinitione. s3 preter nos ille sūt tm rōna-
les. g. aial rōnale nō est genus nec h3 diffe-
rentias diuisiuas. Secūda cōclusio est q.
mortale nō est differentia constitues hōiem
hāc pbo sic. ois differētia sumit a forma
vñ inest speciei rōe forme. mortale autē tan-
tum ratione materie. qz materia est pncipi-
um quo res pōt esse 7 non esse. 7. metaphi-
sice. 7 hoc totuz intelligit de materia indi-
uiduali que nō pertinet ad essentiā speciei.

Preterea ois differentia p. inest speciei
postea indiuiduis p formas spēi. s3 morta-
le cōuerso. qz actus 7 generatiōes sūt circa
singularia ut calias sanat p se. hō uero p ac-
cidents. mortale autē dicit aptitudinē ad trās-
mutationem 7 aptitudo est aliquid ad eius
per se cuius est termin⁹ aptitudinis g. rē.

Preterea ois differētia est prior speciei
uel sit natura. s3 mortale ē posteri⁹ hōie fm
naturam g. minor p3. qz pus natura est hō
qz sit aptus ad dissolutiones. qz nō ens non
est aptum natuz ad aliquid. Preterea ul-
tima differentia cōuertit cum spē. s3 mor-
tale nō conuertit cuz hōie g. rē. Ad argu-
menta in cōtrariuz. Ad porphiriū dicit q.
loquit fm opinionez platōis qui dicit itel-
ligentias esse aialia rōnalia. diffinit eis ani-
mal q. est sba seipsa mouens motu uolunta-
rio. 7 hec rō competit intelligentis. Cōtra
hoc porphiri⁹ nō loquitur hic de aiali fm

hanc diffinitionē. s3 fm hanc. substātia am-
mata sensibilis q3 ponendo coordinationez
eorum que sūt in genere s3e diuidit corp^o
aiatum p sensibile 7 insensibile. 7 sub cor-
pore aiato collocat aial inuens per hoc ge-
nus descendere in hanc species p alteraz aif-
ferentiaruz diuisuarū. sicut aut collocaret
at ill'oteles 7 similr diffiniret per illud g^o
7 illas d'ras. g^o loquit' fm opinione plato-
nis q3 fm illam rōem quaz plato poluit de
animali nō loquit'. s3 loquit' fm opinionez
cōem uulgi. Nihil eniz cōter cōcipit' nisi p
aliquam spēm ymaginatiuam. 7 iō cōter
ymaginato circa sensibilia decipit. Iō dici-
tur 3^o phicorū fatuū esse credere ymagina-
tioni. 7 iō uulgus sequēs ymaginationez cō-
cipit de intelligentijs quasi d' substātijs cor-
porais. Et ita poneda essent aialia rōnalia
fm ueram rōem ai. lis. Sic aut loquit' por-
phirus qui loquit' minus puectis q3 nō irel-
ligunt multū remota a sensu. Ad secun-
dum nego minozē. Ad pmā pbationez dico
q3 rōnale nō inest intelligentijs nisi equoze 7
multū impropie sicut nature intelligibili et
nō rōnali. Ad secundū dico q3 nō o3 q3 si
ena differentia cū genere cōstituat spēs spe-
cialissimā q3 alia similr cōstituat s3 utraqz
cōstituat spēm. Nam aial in rōnale si irra-
tioale sit uera d'ra pōt esse genus intermediū
7 aial rōnale diffinitio cōpleta hōis. Et h^o
maxime ē uep qn est opo^o iperfecti ad per-
fectum. vno eniz in quolz genere existēte p-
fecto sunt multa iperfecta p recessum ab
illo fm nature gradu diuersuz ut p3 in colo-
ribus. Rōnale aut est pfectissimū in generē
aialis. iō rōnali exnti uno sunt multe d'ffe-
rentie irrationalis aialis.

roprium ^{antē. Supi}

^{us aut auc}
tor iste determinauit de d'ra q
predicatur in quale substātiāle
hic determinat de alijs duo que predicant
in quale accidentale. Et p^o agit de pprio
q3 predicat' cōuertibilr p se. 2^o de accidē-
te q3 nō sic predicat' cōuertibilr nec per se
fa ibi. Accidēs est. Circa q3 duo facit. pmo
distinguit quatuor modos pprii. 2^o eligit
quartū modū. fa ibi. Et q3 soli. Prima p3
diuidit' in quatuor fm quatuor modos ubi
ptes incipiūt p3. Dicit g^o q3 phi diuidit' et
diffinit' ppriū quadrifaria. i. quadruplr.

Primo mō dicit' ppriuz illud q3 accidit
alicui soli spēi s3 nō dī sub illa spē contēto
sicut esse medicū inest hōi. 2^o mō dicitur
ppriuz illud q3 accidit dī contēto sub spē.
s3 nō soli illi spēi ut esse bipedē inest hōi et
alijs. 3^o mō dicit' ppriuz illud q3 inest a
licui soli speciei 7 dī cōtento sub spē s3 non
semp sicut canescere in senectute inest hōi.

Et si inferat' de quibusdā brutis que u-
dent' albecere in senectute. dicit' nō est ca-
nities pprie loquēdo s3 dealbatio quedam
Lanies eniz pprie loquēdo est queda passio
in capillis hūanis cāta ex friditate putre-
facti humoris que est materia pilloz. De
inde cum dicit. Et q3 soli. hic ponit quartuz
modū. circa quod duo facit. p^o diffinit' istū
modū. 2^o remouet dubiū. 2^o ibi. Nam 7 si
nō rīdet. Dicit g^o q3 etiaz 4^o mō dicit' pro-
prium quod accidit soli alicui spēi 7 dī con-
tento sub illa spē 7 temp ut rī. sibile homini

Postea remouet dubiū q3 euz homo non
semp rideat rīdet nō semp esse rī. sibile. di-
cit g^o q3 rī. sibile nō dicit' actū s3 aptitudinē
ridendi semp inest naturat' rī. sibilitas hōi.
licet nō semp actu rideat. actus g^o ridendi ē
hōis per accidens 7 sepabile. Rī. sibile autē
idest aptitudo ad ridendū est ppriū hōi. Si-
cut hū. sibilitas equo rī. Deinde cū dicit
Hoc aut pprie. Eligit hūc quartū modum
dicens q3 hoc ppriū 4^o modo sūptum dicit'
tur pprie ppriū quod conuertit' cū specie
quicqd eniz est hū. sibile est equus rī. Ad
euidentiā huius unā moueo qōnem. p^o ruz
diffinitio ppriū quarto mō sūpti. Hec. s. g^o
accidit dī soli 7 semp sit conueniēter assigna-
ta. Arguit' q3 nō p^o sic. Propriū non est rī. s-
ergo nec diffimibile. g^o nec illa est sibi cōue-
niens diffinitio. p^o ruz q3 nā p3 tm eim rī. s-
diffinit' ex 3^o metaphisice. Ans pbat'. Tū
q3 oppositū non predicat' d' opposito. sed p-
pum 7 cōe opponūtur. 7 cōe 7 rī. s- sunt idēz
g^o hec est falsa ppum est rī. s-. Tū q3 nulla i-
tentio uere predicatur in abstracto de re
p^o me intentionis. Sed hec uera rī. sibile est p-
petas. g^o ppriū non est intentio. nec p^o rī. s-
rī. s-. Tū q3 si genus est ad aliquid 7 speci-
es. 4^o topicoz sed rī. s- est ad aliquid q3 rī. s-
est essentialr predicabile. predicabile autēz
dicit' ad aliqd de quo predicat'. ppum aut
non est ad aliqd q3 non refert' ad illud cu-
ius est ppum. sicut nullū accidens refert' ad
suum subiectū. at' omne accidens esset rela-
tiuū. Similr illud cuius est ppriū ē naturat'

pas pprio. Sz relatiuus est simul uera cuz
 suo correlatiuo. nec refert ad alia intentio
 nem qz no est ad genus neqz ad spem uel i
 diuiduū qz qbz habet aliud correlatiuus ut
 pz ex predictis nec ad dnam uel accidens ut
 manifestū ē gº. Tum qz pprius manet non
 existente intellectu qz adhuc sicut pus habe
 re tres inest oī triangulo 7 soli 7 semp. sed
 vlt non manet sine intellectu gº. 7c. Pre
 terea ad pncipale ppiū no est distinctum
 vlt ab accidente. gº no hz distinctā diffini
 tionez. sed ista no est diffinitio accidentis si
 cut patet. gº nec ppriz. Tum qz ppriz uel
 est substātia uel accidens. no est substātia qz
 poneret in diffinitioe speciei. gº est accidēs
 Tum qz sumpto aliquo accidente quero de
 illo an inest p se huc subiecto 7 sic est ppiū
 um. aut no sz p accidēs. p hoc quod est ali
 is. aut gº illi alij inest p se. 7 tunc habet p
 positum. vel si semp per accidens pcedere
 tur in ifinitū in subiectis. Preterea pro
 prium no necessario semp inest. gº male po
 nitur semp. Ans probat. tum qz risibile n̄
 inest semp hōi. hō enī no semp ridet. Tum
 qz substantia pcedit omē accidens tpe. 7º
 metaphisice. gº prius tempore est qm nullū
 accidens inest sibi ut Az. loquit̄ ibi de acci
 dente sed isto mō ppriz ē accidens. gº sbā
 est sine pprio. Tum qz oīs potentia passiuā
 est cōtradictionis. gº metaphisice. sed subm̄
 est in potentia passiuā ad ppiū. qz est mate
 ria eius in qua. gº pōt esse sub. pprio. 7 sub
 opposito. gº ppriz non semper inest neces
 sario. Preterea in ista diffinitione no po
 nitur genus ppriz quod est vlt nec rō eius
 loco sui. gº no est cōueniens. Preterea ista
 diffinitio cōuenit dñe ultime complectue
 spēi. qz illa conuertit̄ cū specie ex. 7º meta
 phisice. gº ista diffinitio non est ppria neqz
 cōuertibilis. Preterea accidēs est distic
 ta spēs a pprio. ergo inconuenienter po
 nitur in eius diffinitione. vdo qz accidit i oī
 genere qz in oī genere est inuenire pprium
 sz accidere non est uniuocū ergo 7c. Pre
 terea ista diffinitio datur per copulationes.
 ergo est increpanda ex. vi. topicorū. Pre
 terea diffinituz cuz sit intētio potest esse uni
 uocuz in oī genere. sz accidere oī non est uni
 uocū qz tunc tm duo essent generalissia. s.
 sbā 7 accēs ergo male ponitur in diffinitio
 ne ppriz. In oppositū est porº. Respon
 deo. In ista questione pº premitta aliquas
 distinctioēs. 2º oīdas aliquas conclusioēs.

3º mouebo unaz dubitationē. Quantū ad
 primū sit ista pria distinctio. Qd prius ē eg
 uocuz qz ppriz potest esse nom̄ pº intētiois
 7 sic opponitur comuni 7 potest dici aliqd
 ppriz indidit sicut 7 spēi 7 hº ppriz ē cō
 cretus a ppietate dictuz 7c. Alio mō pro
 prius est nom̄ 2º intētiois uel ipositiois si
 gnificans intētioēs. s. predicatū cōuertibi
 le no predicās essentia 7 sic diffinit. ppriz
 pº topicorū 7 est spēs uniuersalis qz unuer
 sale descendit i ipz per dñas p se. diuisiuas
 eius. s. predicatū cōuertibiliter in quale. accē
 tale. 2º distinctio est qz accēs equiuoce ē
 nom̄. prime ipositiois 7 2º pº sz natura ex
 tra aiaz sz philosophū. 5º metaphisice qui
 diuidit ens in sbāz 7 accēs. Et hoc mō su
 mitur quibz modis. Nā accētū quedā insūt
 ab intrinseco 7 hoc uel rōne materie ut qti
 tas. uel rōne qualitati actiuaz sicut qualita
 tes skibiles posteriores puta albus nigrus
 dulce amarū 7c. Quedaz insūt ab extrinse
 co 7 hec uel manēt amoto illo extrinseco. ut
 nigredo ab estu. uel no manent ut calor in
 aqua. qz sibi derelicta reddit ad ppiā natu
 raz. nullū aut istorū est ppriz qz nulluz isto
 ruz conuertitur cuz sbō. Est autē preter hec
 accidēs. 5º qd inest spēi rōe for. ita qz for
 ma spēi est eius cā per se precisa necessaria
 7 imediata posita aut cā precisa necessaria 7
 imediata ponitur effectº 7 a motu mouetur
 iō oī hūi formā spēi inest tale accēs 7 sep
 7 no habenti no inest tale ergo simpliciter ē
 conuertibile cū spēi 7 pōt de ea per diffiniti
 onez demonstrari. 2º ut est nom̄ 2º iposi
 tiois est adhuc equiuocū uno mō idēz est qd
 predicatuz no essentiale 7 sic est idēz qd esse
 in sz qd esse in distinguitur contra dici de i
 principio predicamtoz qz qd dicitur de est
 predicatū essentiale qd rō est in non est pre
 dicatuz essentiale. Alio mō est intētio quedā
 sūpra a ppietate i re sub qua 7 sub eius op
 posito potest illud intelligi cuius est accidēs
 siue repugnātia. pº modo ponitur in diffini
 tione ppriz. 2º modo est uniuersale. distinc
 taz contra alia quatuor. Quantū ad sz
 Sit ista pº conclusio ppriz est uniuersale.
 Hāc pbo sic. Omē qd predicatur de plu
 ribus est uniuersale. Sed ppriz est huiusmo
 di. ergo 7c. pbo minoris qz ppriz est pre
 dicatū cōuertibile cum eo cuius est ppriz
 pº topicorū sz illud est uniuersale qz pōt ee
 sbū demonstratōis 7 omē ppriz pōt dmo
 strari de sbō. cuius est ppriz per diffi

nitōnez demōstratō aut est ulius. per Aristotelem p. posteriorū igitur si ipm̄ subiectum predicat de pluribus 7 suū cōuertibile predicabit de pluribus qd est p̄prium. Ad p̄mū argumētū qd est contra istam cōclusiōnez d̄r qd aīns est falsum. Ad primā probōz pōt dici qd p̄p̄ū opponit cōi ut est res p̄ intentionis ut utriūqz est 2. intentio uel alī qd p̄p̄ū 7 cōe sunt relatiua ut unū relatiuum uere de alio d̄r nō tñ oppositū. de opposito qd nō sunt opposita nisi respectu eiusdem p̄p̄ū s̄ aut est respectu sp̄ei cōe uero est respectu indiuiduorū sub sp̄e qd de illis d̄r ut de pluribus nō de sp̄e cuius est p̄p̄ū. Ad secundam p̄z qd p̄p̄rietas est abstractū p̄p̄ij ut est nome p̄ intentionis nō 2. Contra qd si ut est nome 2. intentionis est nome conceptum quero qd est eius abstractū. dico qd ei abstractū nō significat uno noie sicut nec in alijs quatuor s̄ p̄ circūlocutiōnez exp̄metur intentio p̄p̄ij sicut intentio generis l̄ speciei. Ad tertiam pōt dici qd si genus sit ad aliquid oī sp̄ez esse ad aliquid per se nō tam p̄mo sed s̄m genus 7 sic p̄p̄ū s̄m genus suum qd est ule dicit ad aliquid. s. ad id o quo predicat qd predicatū d̄r ad subiectū. Alī pōt dici qd s̄m p̄p̄riā rōne refert p̄ ad sp̄ez nō inquantū sp̄es s̄ inquantū habens p̄p̄rius. Cum uero arguit qd nō qd accidens nō refertur ad subiectū. dico qd subiectū p̄p̄ij sicut ē intentio nō est sp̄es sed res aliqua p̄ intentionis sicut dictum est supra de uniuersali. tñ illud cui applicat intentio p̄p̄ij pōt esse in eo cui applicat intentio sp̄ei ut risibile in hoīe. Cum arguitur s̄o illud cuius est p̄p̄rium prius ē p̄p̄o. dico qd subiectū est prius s̄z se sed nō inquantū habens p̄p̄rium non. n. ē correlatiuus p̄p̄ij nisi inquantū p̄p̄rium habes. Ad quartū dico qd nihil accit alij ut hic s̄m̄ accit nō exīte intellectu similiter nec accidit omi qd nihil est cōe cui omi possit accidere nō exīte intellectu. 2. cōclusio est ista p̄p̄rium est uniuersale distinctū ab accidente. Hanc probō sic dupliciter primo ex distinctiōne rerum quibus applicat sic ē intentiones sunt distincte que diuersis rebus applicant. Sed p̄p̄rium 7 accidens sunt huiusmodi ergo t̄c. minor oīd̄ qd p̄p̄rius ut hic sumit est intentio t̄rū applicabilis accidentibus prime intentionis ultimo mō dicitis. S̄z accidens ut est quintū uniuersale applicatur tantum alijs prius enumeratis que d̄r accidentia cōia uel qd insunt cōiter subiecto 7

alijs uel cōiter. i. indifferenter insunt 7 non insunt 7 siue sic siue non sic nō sunt correctibilia. sic ergo p̄z differentia istorū quo ad illa quibus applicat. Preterea s̄o ex distinctiōne distinctiōnū qd quorū distinctiōnes sunt diuerse ipa sunt diuersa. Sed p̄p̄rium 7 accidens sūt huiusmodi ergo minor p̄z qd p̄p̄rium est predicatum nō essentiale cōuersū 7 ideo sub eius opposito nō pōt intelligi id cuius est p̄p̄rium sine repugnantia qd itelligeretur cā imediata 7 necessaria sub opposito sui effectus primi. sed accidens est qd adest 7 abest t̄c. uel etiā qd conuenit eidem in esse 7 non in esse sub quo 7 eius opposito potest intelligi id cuius ē sine repugnantia qd pōt. dicit de accidente inseparabili. de quo minus uidet esse qd adest 7 abest. qd subiectū potest intelligi sub opposito dicit potest. n. coruus intelligi albus 7 ethiops nitens candore. Ad s̄m argumētū qd ē contra istam cōclusiōne dico qd antecedens est falsum. Ad primaz probationē p̄z quod procedit de accidente ut est res prime intentionis sic p̄p̄rium non est subā nec accidens. S̄mendo aut accidens pro accidente intentionali uel pro accidente qd idem est qd predicatum non indicans essentiaz potest concedi qd p̄p̄rium est accidens 7 nihil mali sequitur. Ad s̄m dico qd accidens qdlibet inest alicui per se. i. sine medio 7 ad illud subiectum est status sed non qdlibet inest p̄ se ita qd egrediatur ex principijs illius sibi s̄m qd accipit per se i s̄o modo sicut si albu inest homini per accidens inest superflui p̄ se. i. immediate. s̄z non ut p̄ se dicit cōm. 3. cōclusio est ista p̄p̄rium necessario semp̄ inest hanc probō sic posita cā necessaria 7 immediata necessario ponit effectus. Sed forma specifica sibi est huiusmodi cā respectu p̄p̄ij qd p̄p̄rium egreditur ex p̄p̄ijs principijs sibi maxime a forma ergo in s̄bō semp̄ inest sua forma qd p̄ illam est illud qd est qd s̄p̄ inest sibi p̄p̄rium t̄c. Ad tertiu argumētū qd est contra istam cōclusiōnez nego antecedens. Ad primā p̄bationē dico qd risibile semp̄ inest actu s̄z ridere non semp̄ inest actu qd ridere est comune accidens homini ut dictum est exponendo l̄am. Ad s̄m dico qd illa p̄p̄o est intelligenda per se quia s̄bō q̄tum est ex sua ratione nec repugnat precedere omē accidens tempore cum subā non dependeat ab aliquo accidente est tñ p̄ accidens semp̄ accidens qd subā est quia

consequitur inmediate esse substantie. Ad aliud dico quod omne quod est in potentia passiva ad aliquid quod est in potentia contradictionis ad illud, sub modo autem respectu proprii non est solum in potentia passiva sua sed etiam in potentia effectiva, quod effectivum est proprium a se habet. Et si dicatur quod materia et efficiens non coincidunt ex se per se, omnino quod verum est de materia ex qua et efficiere per transmutationem non autem de materia in qua et efficiente sine transmutatione cuiusmodi materia et efficiens est sibi respectu passivis.

4. conclusio est ista quod definitio est convenienter assignata. Hanc probabo sic. Illa definitio que constat ex proprio genere et differentiis est convenienter assignata. Sed ista est huiusmodi generis et differentiis minor ostendit sic quod per se prima particulam. scilicet accidit habet rationem predicati et modus predicandi in quale accidentale, per se soli et semper habet convertibiliter et per has differentias descendit vel in proprium ut in divisione velis per hoc etiam ratio est eadem illi proprio topicorum proprium est predicatum non predicans essentiam convertibiliter. Ad argumentum quartum et sequentia contra istam conclusionem respondeo et dico. scilicet. Ad primum quod per accidit intelligitur predicari per omnia de pluribus contentis sub specie. Illa. n. particula per hoc quod est una ex qua habetur convertibilitas eius cum specie dicitur velitate eius ad omnia quibus inest species cuius est proprium.

Ad hoc patet quod dicitur non accidit quod predicat essentiam licet non per modum totius essentie. Ad tertium per quod procedit de accidente dicto 2. ut est facta intentio quantum vel contra quatuor alia distincta. Ad quartum dico quod per hec omnia copulata omni et soli et semper debet intelligi unum circumlocutum, scilicet convertibiliter et non est inconveniens poni copulationem ad circumloquendum aliquid in definitione. Ad ultimum dico quod procedit de accidente quod est res prime intentionis. Quantum ad tertium occurrit dubium, utrum sit possibile istas duas intentiones proprium et accidens applicari eidem rei per intentionem. Dicendum quod non quod illud quod est proprium respectu alicuius non est accidens respectu illius quod tunc inest illi per se et non per se nec est accidens respectu alterius, probatur quia tunc non inest convertibiliter per illi cuius potest proprium quod est contra rationes proprii. Instatur per de qualitatibus primis elementorum quod quilibet illarum consequitur formam et tunc generis est proprium respectu elementorum et est accidens in mixtis

ut per. Eadem generis res puta calor est proprium materie ignis et accens lapidis 2. arguitur quod lux in corpore luminoso est proprium quod sequitur inmediate formam corporis luminoso si, unde ad diversitates formarum sequitur diversitas lucis ut patet in corporibus supercelestibus, lux etiam est accidens in medio quod ad est et abest preter subiecti corruptionem.

Ad primum dico quod ille forme licet sint accidentia inseparabilia non tamen sunt propria, et hic loquitur de proprio. Tum quod manente adhuc forma elementi corrumpendi manet elementum sub contrario qualitate que potest sibi propria, sed hoc est contra rationem proprii. Assumptum patet cum ex aqua generatur ignis quod alteratio precedit generationem ita quod manente forma que calor ignis est in aqua qui est contrarius frigiditati aque. Tum quod illa accidentia sunt necessario et semper insunt elementis non tamen consequuntur formam speciei, sed magis materiam quod sunt principia actionis et passionis que non insunt primo speciei sed individuis ex parte metaphisice et ideo respectu eorum sunt accidentia inseparabilia et eadem respectu mixtorum sunt separabilia sicut nigrum respectu corvi a quo non separatur et respectu alterius a quo separatur. Ad secundum per idem dico quod lux unum voce sit in corpore luminoso et in medio non tamen eodem modum essendi habet utrobique, quia concretum significat formam ut inest subiecto ideo nullum concretum dictum a luce prius voce inest hic et ibi unde corpus luminosum non dicitur illuminatum sed lucens, ad idem vero non dicitur lucens sed illuminatum. Lux generis est accidens inseparabile corporis luminosi et accens separabile ipsius medi.

accidens est 7c. per

quod per de terminavit de proprio quod predicat in quale accidentale convertibiliter et per se nunc determinat de accidente quod predicatur in quale accidentale non convertibiliter nec per se. Circa quod tria facit scilicet quod assignat tres definitiones de accidente quarum prima dicitur fuisse platonis. Alie due ponunt ab aristotele per topicorum 2. ibi diffinitur autem 3. ibi. Et quod nec genus per dividitur in duo primo diffinit. 2. dividit quod ad se ibi dividitur autem dicitur generis quod accidens est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. Hec autem diffinitio qualiter sit intelligenda patebit ex questione

ne sequenti. Deinde cum dicitur diuiditur autem ponit de accide unaq; diffinitionem. Circa quod duo facit primum facit quod dictum est. 2. remouet dubium 2. ibi potest autem. Dicit ergo quod accidens diuiditur in duo quod quoddam est separabile quoddam inseparabile. Exemplum primum dormire alii. Exemplum plures secundum nigrum coruo. Postea remouet dubium quod diuisio uidetur repugnare diffinitioni quod si de accidens potest ad esse et abesse nullum est inseparabile. Ad quod respondet quod coruus potest intelligi albus et ethiops nitens candore preter sebi corruptio et preter repugnancia in conceptu sebi scilicet n. coruus semper sit niger tamen concipere coruum albus non implicat contradictionem cuius oppositum est ut proprium. et ratio utriusque est quod proprius necessario consequitur formam specificam sebi agit intelligere se sub opposito proprio est ipsum intelligere ex consequenti sub aliquo opposita forma. non sic de accide quod non consequitur formam speciei sed indiuidui et hoc patebit magis in questione.

Deinde cum dicitur diffinitio autem ponit secundam et tertiam diffinitionem et per in littera 2. autem non uidetur differre essentialiter a prima ut uidebitur in questione. Ultimo cum dicitur oibus legitur Expilogando circa predicta continuatur se ad dicenda ut per littera. Circa capitulum de accidente unaq; moueo quoniam utrum ista diffinitio sit conueniens. Accidens est quod adesse et. Et uidetur quod non potest sic accidens non est uel esse quod non est difficile nec per consequens ista diffinitio est conueniens consequentia per quod tantum uel diffinitio. Ans probatur quod quod est in singulari est singulare. nam omne receptum est in recipiente per modum recipientis scilicet accidens conueniens est in singulari. 5. metaphisice. et de eodem ergo accidens conueniens est singulare et illud est accidens de quo hic agit. scilicet accidens est conueniens et non proprium alicui ut dicitur supra et de genere. Cum quod ens diuiditur in substantiam et accidens 5. metaphisice. Ita dico si ualens est per opposita sed res per intentionem non opponitur rei 2. intentionis ergo cum substantia que est alterum membrum diuisionis sit res per intentionem accidens non est 2. intentionis ergo nec species uniuersalis. Preterea contra primam particulam adesse et abesse quod adesse et non adesse est rei extra animam quod eius est adesse cuius est abesse sed hic dicitur intentio diffinitio ergo et.

Preterea contra secundam particulam quod aliquod accidens conueniens necessario inest ut quantitas homini et nigredo coruo uel albedo cigno ergo non potest non inesse sebo preter eius corruptio et.

Preterea combustio et generaliter omnis corruptio non adesse preter sebi corruptio et quia opposita sunt. Preterea si accidens abesse 5. non est quod non manet separatum a sebo et si accidens non est sebo non est quod sunt correlatiua. nam sebo ponitur in diffinitione accidens ut correlatiuum.

In oppositum est per et Aristoteles per totum picorum ponens conueniens diffinitionem dicit quod accidens est quod conueniens eide in esse que essentialiter uidetur eadem isti. Respondeo quod si diffinitio congrue intelligatur satis est conueniens.

Ad cuius euidenciam per premittitur ista. scilicet aliquas diffinitiones se ostendit aliquas conclusiones.

Quantum ad primum est prima distinctio quod accidens per est nomen per intentionem et adhuc est equiuocum ut dicitur 5. metaphisice in se uno modo dicitur idem quod conueniens in paucioribus. Alio modo idem est quod adueniens enti in actu post eius esse completum et hoc modo loquitur metaphisicus diuidens ens in substantiam et accidens. illud sic sumptum est equiuocum ad nomen genera accidentium. Alio modo est nomen 2. impositio et sic uno modo significat idem quod extraneum potest sumitur in fallacia accidentis. Alio modo significat idem quod ueritio 2. scilicet quod dicitur ex sola consideratione intellectus et isto modo omnia. 5. uel sunt accide. Alio modo significat idem quod predicatum non essentialiter et sic distinguitur contra predicatum essentialiter et est commune duobus uerbis ultimis et sic ponitur in diffinitione proprio ut supradictum est. Alio modo dicitur idem quod predicatum non essentialiter nec per se nec conuertibile et sic est quantum uel. Ita distinctio est ista quod adesse et abesse siue inesse et non inesse que ponit aristoteles in sua diffinitione sunt equiuoce nomina proprie impositio et 2. ut autem sunt nomina prime impositio dicitur 5. metaphisice quod accidens esse est in alio esse et hoc de accide reali et quod loquitur ibi sic etiam sumitur adesse et abesse 8. phisicorum ubi dicitur quod impossibile est idem simul ad esse eadem subiectum et abesse eadem. Ad modo inesse uel abesse et nomen 2. intentionis et significat propria predicatione eorum que sunt extra essentiam sebi uel alterius generis sicut predicari de dicitur propriam predicationem essentialium que sunt in eodem genere cum sebo.

Tertia distinctio est quod inesse dictum habet per sumitur triplex. scilicet proprie et sic non inest nisi accidentibus conueniens uel conueniens et sic inest accidentibus similibus et proprio uel conueniens sicut dicitur cum in omni predicatione predicatum inesse sebo uel non inesse qualiscumque fuerit predicatum.

Quarta distinctio sit ista q̄ predicari d̄
sumitur tripliciter. s. prope pro hijs q̄ sunt
superiora in eodez genere. Quater p̄ oī eo qd̄
est eōe etiā si sit transcendens. Quisime p̄
omni eo quod specificat rem huius uerbi ē
in p̄positione. p̄. mō sumit̄ in p̄ncipio pre
dicamentoz. 2. mō in diffinitione uniuers
salis. p̄. pyerminias 7 c. 3. mō i distione por
phirijs quam ponit post diffinitionem gene
ris 7 in diffinitione individui. Quantū
ad secundū est ista p̄ma conclusio q̄ acc̄s
quod est q̄ntuz predicabile est uere p̄. h̄c
p̄bo sic. Om̄e illud quod predicat̄ de plu
ribus est p̄. Sz accidens est huiusmōi. g.
minor ostendit̄ quia etiā h̄z modū predicā
di distinctuz ab alijs. sicut em̄z p̄ter mate
riam 7 formā que sunt de essentia rei 7 acci
dentia. egredientia ex p̄ncipijs illis per
se est rep̄re aliquā cōs essentia non per se
neq̄ conuertibil̄. sic p̄ter dictos modos
predicandi in quid 7 in quale essentialē 7 ac
cidentale conuertibil̄ est modus predicādi
in quale accidentale nō cōuertibil̄ sumptus
a mō essendi in re 7 tale predicatū dicit̄ ac
cidens ut h̄c sumitur in quod descendit p̄
per illuz modū predicādi sicut 7 in alia vni
uersalia per alios modos predicādi. Ad
p̄mū in oppositū quod ē cōtra cōclusionē
dico q̄. an̄s est falsuz. Ad p̄maz p̄bationez
dicendū q̄. hec intentio acc̄s est in subiec.
to cōi. vt in albo uel aliquo cōsimili cui ap
plicatur sicut sp̄s in hoc subiecto hō. Az.
in 5. metaphisice loquit̄ de illo cui applica
tur hec ir̄tio accidēs q̄ illud p̄. iest singula
ri quia non consequit̄ p̄ncipia sp̄i fm̄ se.
Cōtra si illud cui applicat̄ hec intentio
sit in singulari p̄us est singulare. g. 7 hec i
tentio que est in illo ē in singulari 7 sequit̄
idem q̄. p̄us. Dico q̄. illud cui applicat̄
hec intentio acc̄s ut albus fm̄ esse mate
riale est in singulari p̄mo. s. si non ē subm̄
intentionis sed fm̄ q̄ considerat̄ ab intellec
tu sic ē ei extraneū esse in singulari. vnde i
argumento est fallacia accidentis. Ad ter
tim dico q̄. p̄cedit de accidente ut accidens
est res p̄me intentionis. Secūda conclu
sio ē ista q̄. diffinitō ē conueniēter data. h̄c
p̄bo sic. Dis rō constans ex genere p̄prio
7 v̄r̄s ē conueniens. s. ista ē huiusmōi g.
minor ostendit̄ q̄. sumēdo adesse 7 abesse
illo mō ut est nomen secunde impositionis
per illud intelligitur genus accidentis cum
una d̄a. s. predicatū non essentialē. vel ge

nus intermediuz inter p̄. 7 accidens. Res 7
duz uero. s. abesse ponit̄. loco. d̄. 7 correla
tiua. s. accidentis cōis ipsius diffinitū. vel in
diffinitōe Aristotel̄ nō inesse eidez q̄. dupl̄
pōt exponi. vno mō sic. adest 7 abest 7 c. i.
adest nō necessario subiecto uel contingentis
Illud em̄z ponit̄ p̄ hoc abest p̄ter subiec
ti corruptionez 7 c. Similr̄ in diffinitōe ar
stotelis contingit inesse 7 c. i. nō necessario in
est subiecto. Sz tunc est dubiū quat̄ de
accidentibus inseparabilibus dicit̄. accidens
7 etiā multis alijs ut q̄to 7. huiusmōi q̄ ne
cessario insunt nō tamen sunt p̄pria. Pōt
dici q̄. illud exponit̄ sic abest fm̄ intellec
tum p̄ter subiecti corruptionez. i. p̄ter d̄
structionez essentialis intellectus subiecti 7
q̄. accidens abest fm̄ intellectū p̄ positōez
sui oppositi p̄ter subiecti corruptionē. nō
sic p̄puz q̄. accidēs est predicatuz nō esse
tiale subiecto sub cuius opposito pōt subm̄
intelligi complete sine repugnātia intellec
tuū nō sic p̄puz. Et hoc breuiter exp̄
mitur sic. Accidens inest nō p̄ se nec cōverti
biliter intelligendo inest sicut p̄us dictum
est. 7 ille est intellectus diffinitōis porphi
rijs 7 aristotelis. 7 sic intelligēdo utraq̄ dif
finitio est cōueniens. Ad argumenta i op
posituz. ad p̄mū dictū est. Ad secundū pat̄
quat̄ sumitur hic adē ut est nomen secun
de intentionis. ibi aut̄ arguit̄ ut est nomen
p̄me intentionis uel impositionis. Ad tertū
p̄ q̄. quodl̄z accidens quod nō est p̄puz
adest 7 abest fm̄ intellectuz ita q̄. subiectū
pōt intelligi sub eius opposito. Ad quat
tum de corruptione dicit̄ q̄. adest 7 abest
p̄ter corruptionē sui subiecti q̄. corruptō
est in eo puta materia que manz intransmu
tatione ut in subiecto 7 illud nō corrupi
tur. Cōtra q̄. accidens denominat subiec
tum in quo est. g. si corruptio sit in eo ut i
subiecto. tunc erit corruptio eius subiecti. g.
non adest p̄ter subiecti corruptionez. Di
ceduz g. ut p̄us q̄. adest p̄ter subiecti cor
ruptionē. i. subiectū pōt intelligi sub eo 7 ei
us opposito sine destructione sui. intellec
tus uel sine repugnātia intellectū. Ad
ultimū dico q̄. si accidēs abest sicut hic su
mitur nō sequitur ipsum nō esse q̄. illud sic
intelligit̄ quod subiectum pōt intelligi sub
opposito accidentis. vnde ex hoc non sequi
tur q̄. non sit. vel quod posset esse simpliciter
sine subiecto.

omune 7c. Postq̄
porphyrius
determinauit de quibz vniuersa
libus absolute. nunc determinat
compatiue. Circa q̄ duo facit. p̄o. deteriat
de eis s̄m unaz p̄prietate eis cōem. 2o. cōpat
oia penes conueniētiā 7 dīaz ibi. Cōe au
tem 7c. Dicit ḡ q̄ oibus dicitis plibus est
unum cōe. s. de pluribus predicari. s. sit ali
qua dīa qz genus magis de pluribus predi
catur q̄ aliquod alioz quatuor. 7 quod dixit
rat declarat per singula inducēdo. 7 exem
pla ponendo ut in lra p̄z. Notanduz q̄
sicut accidentia p̄p̄ia p̄mo insunt sp̄i. 2o. in
diuiduis eo q̄ culant p̄ se a p̄ncipis sp̄e. sic
accīta cōia p̄mo dubitatur de indiuiduis. s̄a
rio de hijs que continent indiuidua. i. specte
bus 7 hoc quod ē dicit i sine huius littere.
Deinde cum dicit. Cōe autē. hic cōpat
singula singulis. Circa quod quatuor facit
p̄mo cōpat genus ad alia. 2o. dīam ad alia
ibi. Cōe ḡ dīne. 3o. sp̄em ad alia ibi. Sp̄es
uero. 4o. compat p̄p̄ium ad alia ibi. Restat
de p̄mo. Pri^o p̄s in duas diuiditur. p̄o. facit
quod dictum ē. 2o. ponit quōdam notabile
tinuando dicta dicendis. s̄a ibi. Genus ue
ro. Pri^o diuiditur i quatuor qz compat ge
nus ad dīam. 2o. ad sp̄em. 3o. ad p̄p̄ium. 4o.
ad accidens. 2o. ibi. Genus autē 7 sp̄es. 3o. ibi
Generis autē 7 p̄p̄ij. 4o. ibi. generis autē
7 accidentis. Circa primū duo facit. p̄o. com
parat genus ad dīam penes conueniētiā
s̄o penes dīam ibi p̄p̄ium autē ē. In prima
parte assignat tres conueniētiā. p̄ma sumit
penes cōueniētiā uirtuale. 7 ē qz tā genus q̄
dīa cōtinent sp̄es. s. genus plures cōtineat.
et patent exempla in lra. Notanduz q̄
loquit de continentia non actuali. s. s̄m in
dīam s̄m quod omne sup̄ius. continet h̄mō
sua inferiora 7 sic genus continet sp̄es. 7 di
ferentia similr. Porphyrius autē hic loquitur
de dīa intermedia 7 cōi pluribus sp̄ibus. si
cut sup̄ius in diffinēdo patuit. Secūda
conueniētiā sumit penes predicationez ge
nerale que ponit ibi. Et quecuqz predicā
tur de genere ut genus est. u. essentialr pre
dicant 7 de sp̄ibus que sūt sub genere simi
liter est de dīa. Exmplū p̄mi. aīal predicat
de hoīe ḡ subā 7 corpus aīatam que predi
cantur de aīali inq̄tum aīal ē. i. essentialiter
predicant 7 per se 7 de sp̄ibus aīalis. puta
hoīe 7 equo. Exmplū secūdi. cum rōnale
sit dīa de quo predicatur r̄i rōne. sequit q̄

etiā uti ratione predicatur de speciebus cō
tēntis sub rōnali. Notandū qz sicut dicit
tum est p̄ predicari de genere inq̄tum ge
nus 7 dīa inq̄tum dīa est. intelligunt pre
dicata essentialia 7 per se qz aliter nō habe
ret ueritatē. nō eim sequit qz si aīal est ge
nus qz hō sit genus. qz gen^o per accidēs pre
dicatur de aīali. sicut intentio de re. similr
intelligendū est de dīa. Tertia conueniē
tia sumit penes destructionē realez que po
nitur ibi. Cōe autē est. Et est qz iterēptis tā
genere q̄ dīa simul interimitur sp̄es contē
te. ut si nō est aīal nō ē hō aut equus. similr
de rōnali. Deinde cuz dicit. Prop̄ium au
tem. compar genus ad dīam penes sex dif
ferentias. Prima attendit penes predica
tionez amplioez qz genus predicat de pluri
bus magis q̄ dīa aut aliquod alioz qz ma
nifestat per exēpla 7 p̄z in lra. quod intelli
genduz est de dīa diuisua generis 7 nō de
constitutua generis. vtr̄ igit oīs dīa cōsti
tutua ē conuertibilis cū constituto 7 p̄ con
sequens de equalibus predicat 7 hoc ipm
ponitur i lra. 2o. accipitur penes continē
tiā maioez quia genus continet dīaz po
testate 7 non eōuerso. 2o. ponitur ibi am
plius genus. 3o. accipitur penes portatez
naturalez que ponitur ibi. Amplius genera
Et ē qz gen^o ē prius naturaliter suis diffe
rentijs positis sub genere ad quod sequit
7 destructo genere destruitur differentie 7
non eōuerso. ut sublato aīali aufertur ra
tionale 7 nō eōuerso. naz iterēptis oib^o
differentijs sub aīali existentib^o adhuc ma
net s̄bā aīata sensibilis que ē aīal. Notā
dam qz aliqui dicunt istaz dīam esse intelli
gendaz seorsuz in differentijs simplr accep
tis non de oibus simul quia sicut destructis
oibus sp̄ibus de mundo destruitur genus.
sic etiam destructis oibus. s. differentijs. tñ
una destructa alia manente manet genus q̄
cūqz alia ponatur. Cōtra qz omne pus in
suo port nullo mō dependet a suo postero
ri. 7 iō ut sic nō repugnat sibi esse sine suo
posteriori. vnde Ap̄. 5o. metaphisice ca^o de
p̄ori reducit oēs modos portis ad unuz. s.
qz illud ē prius alio quod pōt esse sine illo
7 non eōuerso. Dicendum ḡ qz quicquid
sit de existentia actuali qz nō ponit inuēta
lia realiter sepata. tñ omne superius in suo i
tellectu abstrahit ab omni inferiori. vnde o
structis oibus sp̄ibus cōtēntis sub genere
manet intellectus generis integer 7 p̄fect^o

Et hoc est quod dicit porphirius q̄ si dīne
interimant tñ subintelligi pōt substantia
aiata sensibilis que est aialis diffinitō 4.^a
accipit̄ penes predicaciones essentialē que
ponit̄ ibi. Ampli⁹ genus quidē. Et ē quod
genus predicatur in quid 7 dīa in quale.

5.^a accipit̄ penes uitates nūerale q̄ pōitur
ibi. Amplius quidē genus. Et ē q̄ uni⁹ spe
ciei unuz est genus tñ quod ē intelligendū
de genere pximo. Dīe uero possunt ēe plu
res eiusdes sp̄a quod nō est itelligenduz d
dīa specifica qz illa tñ est una unius. s̄ lo
quitur de dīa general. 6.^a accipit̄ penes
pprietatem sp̄ales qz in constitutione spe
ciei gen⁹ est cōsimile matēie. dīa uero for
me. Ultimo epilogando excusat se dicēs
cum sint alie cōitates 7 pprietates generis
7 dīe. Ita tñ que dicta sunt sufficiūt p nunc

Ad euidentiaz uicōz qz sepe dicit̄ est q̄
genus predicat̄ de pluribus speciebus. que
ritur utruz predicari de pluribus differenti
bus sp̄e cōuenienter ponat̄ in diffinitione
generis quod alibi pretermisi. uidet̄ q̄ nō
qz ponit̄ ad distinguenduz genus a specie.
s̄ per hoc nō distinguit̄. g.^o pbatio mino
ris qz sequit̄ differentibus specie g.^o diffe
rentibus numero p pbm 5.^o metaphisice ca
pitulo de uno. 7 differentibus numero poni
tar i diffinitione speciei. ancedens autē nō
distinguit̄ a cōte g.^o Preterea illa pticu
la ponit̄ ad distinguendū genus a pprio. s̄
per hoc nō distinguit̄. g.^o pbatio minoris
qz aliqua inter media genera habent ppria
ut numerus figura triangulus 7c. aut g.^o ista
ppria predicant̄ de differentibus specie 7
habetur ppositū qz hec pticula tunc conue
nit̄ pprio. aut nō. 7 tunc nō erūt ppria qz
pprium conuertit̄ cum eo cuius est ppriuz
7 de equalibus predicat̄. In oppositum
est porphirius. Respōdeo dicendū q̄ cōue
nienter ponit̄ qz per illam pticulaz vniuer
sale descendit in ipsuz diffinitū taq̄ genus
per differentia p se. Rō entz vniuersalis ē
predicari de pluribus. que per se diuidit in
pluribus sp̄e 7 numero. Illud etiā ponitur
qz diffinitū est. relatiuū per se. ad sp̄ez 7 oz
in errorūqz utrisqz rōnibus uti. Ad pmuz
in opposituz dicit̄ qz diffinitio sp̄ei debet i
telligi cum pccisione de differentibus nu
mero tñ. 7 sic nō sequit̄ a differentibus sp̄e

Uel pōt dici qz sp̄es imediate predicatur
de differentibus numero. genus aut̄ nō s̄
mediante sp̄e. Ad secundū dicendum ē q̄

pprium nullius est inq̄tuz genus ē s̄ inq̄a
tum est sp̄es 7 cōuertit̄ cum eo inq̄tuz p̄e
dicatur de differentibus numero. Rō assump
ti est qz pprium solū est alicuius inq̄tū illō
natum ē esse subiectū alicuius demonstra
tionis. 7 hoc solū est inq̄tum est sp̄es quia
soluz inq̄tum species diffinit̄ euz de subiec
to demonstrationis oporteat presupponere
quid est pmo posterior. Inq̄tum aut̄ diffi
nitur hz genus 7 differentia 7 ita est sp̄es.

genus autē 7 sp̄es. P^o q̄
porphirius compa
uit genus ad dīam. hic compar
genus ad species. Circa qd̄ duo

facit. pmo compat penes cōuenientiaz. 2.^o
penes differentia ibi. Different̄ autē. In p
ma pte duas ponit cōuenientias. pma atre
dicit̄ penes predicaciones generalem 7 est
q̄ tam genus qz species de pluribus predi
cant̄. 7 q̄ idem pōt esse genus 7 species ad
diuersa comparatus iō sumenda est species
inq̄tum species nō inq̄tum genus ne idem
fm̄ idēz ad se ipsuz competur. 2.^o autē
attenditur penes pōitates naturales q̄ pōi
tur ibi. Lōe autē. Et est qz genus 7 species
sunt pōra naturaliter. 7 quōdam totū unuer
sale hijs de quibus predicant̄. Prius enim
uno modo dicit̄ ad qd̄ nō cōuertit̄ essen
di cōntia. ita est hic qz sequit̄ si est hō est ani
mal nō ecōuerso. similr si est sor. est hō non
ecōuerso. Deinde cum dicit̄. Diffine
runt aut̄. Assignat sex dīas inter gen⁹ 7 spe
cies. pma attendit̄ penes continentia vit
tuales 7 est qz genus cōtinet species 7 non
ecōuerso cuius cā est qz gen⁹ est in plurib⁹
7 est cōius qz sp̄es 7 ome tale cōtinet min⁹
cōe. genus autē presupponit̄ 7 addita dīa
specifica pficit. i. cōstituit ipsaz speciem.

2.^o attendit̄ penes pōitates naturalem
qua unuz est p̄us alio. 7 est qz genera sūt po
ra naturalr sp̄ibus. unde sequitur qz ad in
teremptions generis sequit̄ interceptio spe
ciei 7 non ecōuerso. 3.^o attendit̄ penes
cōuenientia essentialē que pōit̄ ibi. Et sp̄es
quidē 7 est qz pōita specie ponit̄ genus ut
si ē hō ē aial 7 n̄ ecōtra. 4.^o accipitur pe
nes moduz predicandi que ponit̄ ibi. Et ge
nera uniuoce. Et est qz genus predicat̄ uni
uoce de speciebus 7 nō ecōuerso. 5.^o ac
cipit̄ penes moduz cōtinendi que ponit̄ ibi
Amplius uero genera. Et est qz genus ha
bundat a speciebus continentia specierum
qz gen⁹ cōtinet species plures. Species aut̄

non continet spēs. s3 species supat ipsum ge-
nus. continentia dīarū vt supra capitulo d
differentia dictus est. 6^o attendit penes
modū essendi quāz pōit ibi. Amplius neq3
Et est q3 species nūq3 est genus generalis
simum. 7 genus nūq3 est spēs specialissima.

Sequit illa ps generis aut 7 ppriū. ubi
compat genus ad ppriū. Circa quod duo
facit. p^o cōpat penes conuenientia. 2^o penes
dīam ibi. Differunt aut. In pma pte assi-
gnat tres cōuenientias. Prima attendit
penes modū nōdi se 7 est q3 taz genus q3
ppriū sequit ad species. vt si hō est aīal
est. 7 si hō est risibile est. p^omu3 nōs est ge-
nus. secundū est ppriū hō aut est species.

2^o accipit penes modū participandi q
ponitur ibi. Et equalit. Et est q3 genus et
ppriū equalit predicant 7 participat a
suis speciebus seu inferioribus 7 nō fm ma-
gis 7 minus. exemplū p3 in līa. 3^o atten-
ditur penes modū predicandi 7 ponit ibi
Lōe aut est. Et est q3 taz genus q3 propriū
vniūce predicant de suis inferioribus.

Deinde assignat inter genus 7 ppriū
quāz differentias. Prima attendit penes po-
ritatez naturalez 7 est q3 genus ē pus ppo
q3 pbat q3 est pus specie. 7 per nōs pus p-
prio. q3 spēs pōit est pprio. 7 quicqd est p-
pore est pus posteriore. q3 aut genus sit p-
us specie p3. q3 o3 pus esse aīal postea diui-
di. vīs per quas species cōstituit. 2^o at-
tendit penes predicationez generalē q po-
nitur ibi. Et genus quidez. Et est q3 gen^o
predicatur de pluribus speciebus. ppriū
vero de vna sola specie cuius est ppriū.

3^o attendit penes modū predicandi que
est ibi. Propriū vero cōuersū. Et est q3 p-
prium conuertibilr predicat de specie cui^o
est ppriū. genus de nullo cōuertibilr. pred-
catur 7 patet exempla in līa. 4^o accipit
tur penes modū in essendi. 7 ponit ibi Am-
plius ppriū. Et est q3 ppriū inest omni
speciei. i. oī cōtento sub specie 7 soli 7 semp
Sed genus inest vniq3 oī ei semp s3 nō soli
speciei q3 de pluribus specieb^o predicatur.

5^o accipit penes actū essendi que ponit
tur ibi. Amplius spēs Et est q3 ad interep-
tionez speciez nō sequit interemptio gene-
ris s3 cōuerso. s3 interempto pprio interi-
mitur species cuius est 7 similr cōuerso.

Sequit illa ps generis vero 7 accidentis
ubi pmo cōpat gen^o ad accidēs. Circa quod
duo facit. pmo compat genus ad accidēs

penes conuenientia. 2^o penes dīam ibi. Dif-
fert aut genus. Ponit q^o unaz tm cōuenien-
tiam inter genus 7 accidēs. Et ē q3 utrū
q3 de pluribus predicat q3 vniq3 verū ē de
oī accidente tā sepabili q3 isepabili. apar 3
in līa. Deinde cum dicit. Differunt autem
Assignat quatuor differentias inter genus
7 accidēs. Prima attendit penes pōita-
tem naturale. Et est q3 genus ē pus specie.
Accidentia vero sunt posteriora spēbus q3
vniq3 verū est de accidente inseparabili. quia
oī subiectū est pus oī accidente 7 ex hoc se-
quit q3 genus sit p^os. accidente. q3 quicqd
est pus pōit est pus posteriore. s3 genus est
pus spēs. g^o genus est pus accidente vt dictū
est g^o 7c. 2^o attendit penes p^oicipatio-
nez equalē 7 inqualē que ponit ibi. Et ge-
nera quidez. Et est q3 genera p^oicipantur e-
qualiter. Accidentia vero non equalit. s3 fm
magis 7 minus. suscipiunt enīz intensiōnem
7 remissionē. 3^o accipit penes rōez exīdi
que ponit ibi. Et accidentia quidez. Et ē
q3 accidentia pmo 7 p^oicipalr substitunt in
individuis ut in subiectis. 7 per nōs sunt
posteriora individuis substantie. genera ve-
ro 7 spēs nō sed sunt pōra in diuiduis sub-
stantie. 4^o accipitur penes modū predi-
candi. Et ponit ibi. Et genera quidez. Et
est q3 genera predicatur in quid. accidentia
vero in quale. vel quō se h3 vniq3q3. quod
pbat q3 ad interrogatōnez factaz p quale v^o
quō aliquis se habeat cōuenienter respōde-
tur p accidēs siue per nomen. siue p verbū
significet reddendo singula singulis ut p3

Sequitur illa ps. Genus vero quo ab ali-
is vbi ponit quid est notabile continuando
dicta dicendis. Circa quod duo facit. q3 p^o
in generali enumerat dīas hoz quāz uniuersa-
lium. 2^o reducit eas ad numerū minorem
ibi. s3 semp posterioribus. Dicit g^o q3 lo-
quendo generalit de dīa illoz quāz uniuersa-
lium. possunt reduci ad xx. q3 sic p3 quia
vniq3q3 compatuz ad alia quatuor ab ill^o
differt 7 sic h3 quatuor dīas. sicut i3 patz
de genere q3 dictū est quo. i. in quo uel quo
differt ab alijs quatuor. de reliquis patebit
infra quatez aut quāz uel quāz quatuor
sunt xx. s3 semp posterioribus. Redu-
cit dīas dīas ad. x. quod sic p3. q3 incipi-
endo ab vno illoz quāz semp posteriora su-
peratur a pōibus q3 secundū supatur a p^o
vna dīa. tertiu vero duabus. quātū uero tri-
bus. quātū uero quatuor. Et sic p^omu3 hēbit

quatuor differentias. secundus tres. tertium duas. quartum unam. quintus nullas. Quatuor uero et tria et duo et unus faciunt. x. uerbi gratia. Genus habet quatuor differentias ad reliqua tria. et quod dicitur a genere dictum est sicut quando dicebatur quod genus differt ab ipsa dicta. Similiter dicendum est de alijs ut patet in littera satis clare. Ostenso igitur quod genus differt a quatuor reliquis. Restat uidere et ostendere quomodo dicta differunt a reliquis tribus et si similiter de alijs tribus. que sequuntur quod comparando genus ad proprium dictum est quod genera uniuoce de speciebus predicatur ut supra.

Ita circa hanc materiam unam moueo questionem utrum genus sit uniuocum speciebus. Arguitur quod non quod secundum uniuocum potest fieri comparatio. ex 7. phibitorum. sed secundum genus non fit comparatio ut ibidem dicitur. 8. genus non est uniuocum speciebus. Preterea si sic 8. ratio est unitas generis contra species. non est falsum quod 5. metaphisice cap. de uno dicitur quod unum specie infert unum genere et non e converso. quia maior unitas infert minores. 8. ratio non est falsum probatio non est unum in existendo sed tot quot sunt supposita quia non existit nisi in suppositis sed tamen est unum secundum diffinitionem et unum obiectum intellectus. sed utraque unitates habet genus dato quod sit uniuocum 8. ratio. Preterea genus predicatur de quacumque specie predicatur illud totum quod illa species. unde 7. metaphisice dicitur genus nihil est preter species. aut si est. est ut materia. 8. ratio non predicatur aliud ab illis. sed nulla species est uniuoca diuersis speciebus. 8. ratio nec genus diuersis speciebus.

In oppositum est porphiritus hic in littera et apud in predicamentis ubi ad manifestandum rationem uniuocorum ponit exempla ut aial homo atque bos. Respondeo dico quod genus est uniuocum speciebus. Ad quod arguitur sic. Illud quod predicatur secundum idem nomen et secundum eadem rationem de aliquibus est predicatum uniuocum illis. sed genus est huiusmodi respectu specierum nam ratio. diffinitio generis est ratio substantie illius speciebus sed non propria genus entium predicatur de illis in quid. Preterea nullum equo cum ponit in diffinitione uniuocorum. sed genus ponit in diffinitione speciei ex 6. topicorum 8. ratio. Preterea in equo non est prius neque posterius quia ibi sola vox est composita. sed genus est prius speciebus secundum porphiritum in littera 8. ratio. Sed cum omni uniuoco respondeat in re aliqua unitas dubium est quid sit illud unum in re a quo sumitur uniuocatio generis.

Dicendum quod omnia unius generis habet inter se aliquam convenientiam in substantia quia non habent cum alijs aliorum generum quod cognoscitur ex idempnitatem operationis et passionis in singularibus in speciebus. 8. ratio illud est aliquid imperfectum et potentiale. quia diuersae species habent diuersas formas perfectas quibus specificiter distinguuntur aliquid 8. ratio materiale in omnibus speciebus siue sit materia siue forma incompleta existens in omnibus speciebus huius generis et non alterius quod est principium alicuius operationis et passionis in eis est illud unum in re quod tamen intellectus considerat non ut in hoc sed considerat ipsius secundum se essentialiter esse in diuersis speciebus et ei attribuit intellectum generis. et quanto genus est compositum tanto illius in re est unitas minor. et ita nomen generis de suo primo intellectu importat quod est materiale in speciebus tamen per modum totius ut dictum fuit prius. Ad primum in oppositum dico quod non secundum omne uniuocum fit comparatio. sed secundum species atomas tamen id est specialissimas ut dicitur ibidem. Cuius aliter quod uniuocum apud logicum dicitur de illud quod per unam rationem deuenit apud intellectum habet quod dicitur de multis. Sed apud naturales non tale sed tamen quod est uniuocum secundum ultimam formam completiua. unde 7. phibitorum dicitur quod in genere latent multe equiuocationes. quod tamen logicus non diceret. unde si dicitur secundum omne uniuocum fieri comparationem intelligendum est tantum de uniuoco secundum naturales quod est tantum species specialissima et non de omni uniuoco quo ad logicum quomodo genus est uniuocum. Ad secundum dico quod maior est unitas in re a qua sumitur uniuocatio speciei quam a qua generis quia ibi est unitas forme completie hic tantum alicuius materialis incompleti. unde ad formas dico quod duabus unitatibus speciei ibi numeratis est genus unum. sed tertia unitas nature et forme completie omittitur in qua species excedit genus. Ad tertium patet quod propositio prima. scilicet quod genus predicatur totum sic intelligenda est. scilicet materiale per modum totius quod quidem secundum se est uniuocum in speciebus. tamen formatur diuersificatur. et ita maior est unitas generis in se quam specierum in quantum differunt per diuersas quia nulla est diuersitas in intellectu generis.

omune 8. ratio speciei. hic ut dicebatur porphiritus comparat dictam ad alia uniuersalia. Circa quod tria facit primo comparat dictam ad speciem. 2. ad propriam

3^o ad accidēs. 2^o ibi. D^{ra} uero. 3^o ibi. Dif-
ferentia quidem et accidenti. Prima pars di-
uidit in duas quod primo compat d^{ra} ad spēs
penes conuenientiam. 2^o penes d^{ra}. 2^o ibi
pprius autem differentie. In prima parte assi-
gnat duas conuenientias. Prima attendit
penes qualitates participationis et est quod tam
spēs quam d^{ra} participant equaliter ab his quorum
sunt. 2^o attendit penes existentiam sempiternam
nam et ponitur ibi. Cōe uero est. Et est quod
tam d^{ra} quam spēs semper existunt his que par-
ticipant ipsas et nunquam ab eis separantur. scilicet eis
semper est homo et rationale. Deinde cum dicit
